Fragmentarium

quia quando saluatorē suū in ligno fixit infan
di se scelere corrupit. Cuius sceleris magnitu
dinē meminit cū idē replicat dicens. Ibi uiola
ta est genitrix tua. Sed quoniā ad hoc cecitas
in israhel facta est ut plenitudo gentiū intra
ret. ideo mutatam ecclesie dicitur. Pone me ut sig
naculū sup cor tuū. ut signaculū sup brachi
um tuū. In brachio sunt operationes. et in
corde cogitationes. Sup cor ergo et sup bra
chiū sponse dilectus ponitur. quia in sancta ani
ma quantū ab ea diligitur. et uoluntate et acti
one designatur. Signū quippe sancte mentis
et interius et exterius xp̄m portare. quia dū in
eius meditatione assidue laborat. et in exteriori
actione eū imitari non cessat. quo eius dilecta
esse dubitari non debeat. De quo signo ipse spon
sus discipulis suis dicebat. In hoc cognoscent om
nes quia uere mei discipuli estis. si dilectionem
habueritis ad inuicē. De qua dilectione mox
subditur. Quia fortis est ut mors dilectio. Bene
procul dubio fortis ut mors dilectio esse
perhibetur. quia dū p dilecti onē amoris
mortificatur. quod mors agit in sensibus corpo
ris hoc agit dilectio in cupiditatibus mentis. Sunt
enī non nulli. qui sic diligunt deum. ut omnia uisi
bilia negligant. et dū in eterna mente tendunt.
ad omnia temporalia pene insensibiles fiant. In

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, Baluze 270, ParisBNFBaluze270_248_f116v – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0r5d/340/5254)